



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norebergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norebergæ, 1523**

**VD16 K 320**

98 [i. e. 102] Peroratio, Ac Finalis Petitio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

Quamuis sæculares sacrosancti Romani Imperij ordines, longe grauiora, multoq; plura adhuc haberent onera, quæ æquitate interpellante, indicanda forent. At ne iustæ breuitatis modum excedere videantur, iam recensitis hoc tempore reseruatis alijs in magis commodum tempus, contenti esse volunt. Ea spe freti, ea fiducia nixi, vbi hætenus enumerata abolita fuerint grauamina, q; & reliqua vna corruitura sint.

#### PERORATIO, AC FINALIS PETITIO.

SVPER hæc omnia, omnium sacri Romani Imperij supplicatæ atq; inferioris conditionis Statuum, supplex est adhortatio, humilisq; precatio atq; petitio, qua sanctitati Pontificiæ supplicat, quatenus sanctitas sua, omnia prædicta onera ac grauamina sedis Romanæ, ac sæpedictorum cæterorū statuū ecclesiasticorū & personarū ecclesiasticarū; id qd non semel in præcedentibus quoq; iustis precibus postulatum est, clementer tollere, emendare, abrogareq;, & e medio auferre dignetur, ac Archiepiscopos & Episcopos, si qua in re per eorum Capitula, grauamina hæc quo minus emendare, abrogareq; auderēt, obligati forent, a promissione, obligationeq; tali, mandatis absolutorijs, seueritatem quandam, sed eam quidem necessariam præ se ferentibus, absoluere, liberareq; velit, inq; omnibus & singulis, ita paterne ac gratiose se gerere, & exhibere, q; talia onera atq; grauamina in genere, seorsimq;, quantocius ex radice funditus, ac penitus tollantur, amoueantur, & emendentur. Quod ipsum, & quidem breui, futurum, curaturq; iri Sacri Romani Imperij Status laici, vel ob Opti, Maxi, laudem præcipuum, & honorem, hinc rei quoq; ipsius necessitatem atq; æquitatem maxime, quum vt prædictum est, Sanctitas Pontificia per Oratorem & legatum suum, ita magnifice, ampliter, ac Christiane se obtulerit, indubiam, certissimamq; spem animo conceperunt.

H ij

ceperunt, E regione, se sanctitati Pontificie, tanq̄ obsequen-  
tes, morigerosq̄ filios, ceteris quoq̄ Statibus Ecclesiasticis,  
vt in Christo fratres, & commembra capit̄ vn̄ius, nimirum  
Christi, se deuouentes, obligantesq̄.

Q̄ si enumerata onera atq̄ grauamina in prestituto tem-  
pore non etiam otius ex oculis mortalium sublata, atq̄ obo-  
lita, & abrogata fuerint; id quod Imperij Romani Status lai-  
ci futurum minime suspicantur, auguranturue; tum Sanctis-  
tatem Pontificiam latere nolunt, prædicta vrgentissima, atq̄  
intolerabilia, penitusq̄ non ferenda onera diutius eos, neq̄  
perferre velle, neq̄ tolerare posse, Sed rei ipsius iniquitate  
& necessitate, huc eos adigi, cogi, atq̄ compelli, pro eorum  
captu ac industria, de alijs commodioribus forte v̄ijs & me-  
dijs cogitandi, vestigandi, ac consultandi, quibus tandem mo-  
dis, qua arte, qua deniq̄ solertia, onerū atq̄ grauaminum su-  
pra memoratorū, ab ecclesiasticis exonerari, liberari, ac tan-  
dem in pristinam immunitatem & libertatem asseri, atq̄ ven-  
dicari possint.

Quæadmodū om̄ia hæc, priusq̄ sanctitatis Pontificiæ ora-  
tor & legatus a Normberga soluisset, eidem per modū respō-  
si hinc legatis sanctitati referenda ad longū sunt exposita, atq̄  
enumerata; essentq̄ ita in cōpendiū, & q̄dāmodo p̄ catalo-  
gū redacta & recensita, memorato nuncio atq̄ oratori ponti-  
ficio ferenda secum Romam tradita, si non præter omnium  
expectationē, abitionē suam hinc tātōpere maturasset, ac in-  
opinato ita discessisset, Verum ne ob id eo magis Germano-  
rum Principum, Procerum, atq̄ Romani Imperij Statuum  
consultatio & conclusio Sanctitatem Pontificiam fugere,  
vel latere possent, tandem placuit, onera ac grauamina, quo-  
rum non infrequens tū coram agēte adhuc legato, facta fuit  
mētio, p̄ capita, ac sigillatim ita scripta, sanctitati Pontificiæ  
trāsmittere, eādēq̄ q̄ humillime ac suppliciter, p̄ abrogādis  
hisce oneribus, rogare, obsecrareq̄, ne deteriora contingant.